



~~Ex. h. n. o.~~

10 - 15 - 13

==

120

RELECTIO
DE ECCLESIASTICA
HIERARCHIA

AD

Caput Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione.

IN

TRES PARTES DIVISA.

Philippo III. Hispaniarum Regi dicata.

AVTORE SEBASTIANO CÆSARE IN ACADEMIA
Conimbricensi Pontificij Iuris professore, & in sacro
fidei causarum Tribunali Senatore.



CONIMBRICÆ.

Superiorum permissu.

Typis Didaci Gomez de Loureyro.

Anno Domini 1628.

Handwritten signature or scribble in brown ink.

RELLECTIO
DE ECCLESIASTICA
HIERARCHIA

AD

Capitulum, & ad cap. Pontificis & ad Dignitatem

IN


TRES PARTES DIVISA

Philippo III. Hispaniarum Regi dicata.

AVTORE SEBASTIANO CESSARE IN ACADEMIA

Consistorio Pontifici Juri profectore, & in sacro
Sacerdotio Tribunali Senatoro.

20272



COMITIBUS BRITANNIAE Superiorum Peninsulae

J. P. Didaci Gomez de Fonteyra Anno Domini 1688

[Handwritten signature or scribble]





PHILIPPO III. HISPANIARVM
Regi Catholico Augustissimo.

MAGNUM meditor: quo nihil unquam mihi vel
afferre quisquam maius, vel ego met mihi optare me-
lius potui, patrocinium tuum, Regum ter Maxi-
me. Vereorque ne sit tantum, quantum nec meritis assequi, nec
viribus queam sustinere. Desisteremque profecto, nisi eadem,
quæ maiestate terret facies, benignitate reuocaret. Itaque corã
venire potui, ac eo fidentius, quò pluribus teneri, trahi que ad
te vinculis sentiebam; nam cum utraq; & Cesarum, & Perei-
rarum familia, quorum sanguine nobilitor, maiestati se tuæ to-
tam addixerit, consecraritq; quicquid ab eis, vel militiæ, vel
domi gestum est, quicquid fructus inde perceptum, tam est tuum,
quam ea sunt Domini, quæ à seruis comparantur. Accrescit am-
plius: cum enim maiores mei, tum Parens & germani fratres
consilio, & bello, terra, mariq; serenissimis Regibus, proavis
tuis, continuam si minus quam debebant, certe ut poterant, na-
uarint operam. Ego tamen ad togam natus, educatusque lite-
rariam arripui, ne qua parte seruitio tuo Rex Opt. Max. de-
esse videremur; ut qui sciamus proprium esse Cesaree gentis ar-
ma cum libris, enses cum calamo coniungere. Ducem habui,
qui facem præferret auunculum D. Antonium Pereira, tuum
Regium Senatorem, qui cum mihi viam feliciter aperuit, tum
aditum ad amplissimam gloriam fecit. Atq; ut istius Aquilæ
pullus, volare ingenio doctus, & in studijs plumatus cum li-
brare me vellem & aeri credere, in solem Maiestatis tuæ in-

tendi aciem oculorum : illius exemplo qui te è tam propinquo
intuetur. Ne vero ille me degenerem arguat, radios paulisper
contrahere, splendorem tempera, & patere accessum ; neque in-
dignū magnitudine, putes tua, maiestatem inflectere, cum nisi
tu te demittas, nullis ad te gradibus possimus ascendere. De-
cetq; Ecclesiasticam Hierarchiam, quam tuis armis protegis,
tuis opibus sustentas, tuis sumptibus auges, tua industria pro-
pagas, tuis auspicijs feliciter consecrari. Quod vero hic primus
ingenij mei fructus sit, non ideo acerbus, & immaturus videa-
tur: nam, & primitiæ fructuum gratiores, & sacratiores exi-
stunt, & qui tuis auspicijs sati, tua beneficentia alti fuerunt,
citiùs maturescere æquum est, præsertim cum pro meis maxi-
mis erga te debitis solutio fuerit maturanda. Vale

Sebastianus Cesar.



LECTORI.



PRÆFARI pauca in ingressu operis, ut Auctores alij æquum sibi esse, sic mihi ego propè necessarium duco. Nam ipsa operis inscriptio magnificum quiddam & sublime præfert, & propter quod vadimonium desereri possit: ac scribenti fortasse inuidiam mouet. Hæc ut mittam & suam gratiam colligam, Lector beneuole, profiteor nolle me hac quasi venditione ingenij, & ostentatione scientiæ, gloriã aucupari: sed communi utilitati, commodoque seruire. Neque tam speciosa sectari studio iactantiæ, quam honesta, & utilia, officij & obsequij voluntate. Hac igitur ductus cum in commune bonum, quicquid ex priuatis studijs collegeram conferre vellem: nullo me magis profuturum putauit, quã hoc de Vniuersa Ecclesiastica Hierarchia opere suscepto, ac emisso in vulgus. Res est tum grauis per se, tum scitu digna, tum difficilis tractatu. Hi fuerunt ad aggrediendam aculei. Optimum prætereà factu visum, sacri Principatus dignitates, munia, & officia quæ summa sane consentione & ordine inter se cohærent administranturque, in methodum doctrinamque redigere. Præsertim cum de ipsa qua de agimus Hierarchia, sparsim Auctores, & carptim multa dixerint, quæ prope necesse fuit colligere; ac ex eis quasi dissipatis, dispersisque membris vnum corpus faciemque formare. Rem itaque sum aggressus: quam sic disposui, ut primum speciem quandam totius Hierarchiæ sub vnum quasi aspectum proponerem: ut quam pulchra esset spectaretur è trunco. Deinde singula membra expenderem, ut facile appareret, quam aptæ, quam perfectæ partes essent, è quibus absolutissimum illud totum consurgeret. Quare à Summo Pontifice hoc est ab ipso capite orsus, per reliqua membra descendens: ad Cardinales, & Legatos venio: ab his ad Patriarchas, & Metropolitanos: quibus addo Episcopos, & Chorepiscopos: his adiicio Presbiteros: Mox

*Plin. in
Prefact.*

Diaconos, & Subdiaconos adiungo: quibus minores ordines subij-
 cio. Denique alias Potestates ad iurisdictionis vsum introductas ad
 calcem referuo. Hæc operis dispositio. Tractatio ea erit, quam in-
 genij mediocritate consequi potui. Si quid desideretur, id non socor-
 diæ non incuriæ tribuas: nam opus multarum vigiliarum fuit, & nõ
 minus elucubrando, quam studendo confectum. Neque vero teme-
 titatis arguas: nam non præcipitata editio est, sed in annos pressa ex
 præscripto Horatij, quanquã non tot, quot Isocrates Panegyricũ præ-
 sit. Scio profundam super scribentes altitudinem temporis venturam
 è qua pauca ingenia caput exerent quod timebat Seneca: solatur me
 tamẽ illud Fabij: quod altius ibunt, qui ad summa nitentur. Da dextrã
 Lector, & tolle. Vale.

In Arte
 Poet.
 Seneca
 Epist. 109
 In Proc.
 Institut.



Plin. in
 Praefat.

... ac scribitur...
 ... ut mirum & iam gratiam colligam, Lector
 benevole, promittor, nolle me hæc duas ven-
 ditione ingeni, & ostentatione scientie, gloria aucupari: sed com-
 muni utilitati, commodoque servare. Neque tam speciosis lectari su-
 dio iactantur, quam honesta, & utilis, officij & obsequij voluntate.
 Hac igitur ductus cum in commune bonum, quicquid ex privatis
 studiis collegit, conferte velle: nullo me magis profuturum pu-
 tavi, quã hoc de Universis Ecclesiasticis Hierarchis opere suscepto, ac
 emisso in vulgus. Res est tunc gravis per se, tum scien digna, tum dis-
 tinctis tractari. Hi fuerunt ad aggrediebantur aculei. Optimum præ-
 terea factu videtur, facti Principatus dignitates, manus, & officia præ-
 summas sane consuetudine & ordine inter se coherere administran-
 turque, in methodum doctrinamque redigere. Præsertim cum de ip-
 sius de agnitis Hierarchis partibus, & capitum multa dixe-
 rint, que præ se necesse fuit colligere: ac ex eis duas dissertas, dis-
 tincte membris unum corpus facere, ut formate. Res ista quæ
 aggreditur: quam sic disposita, ut primum speciem quandam totius
 Hierarchie sub unum quasi aspectum proponerem: ut quam pulchram
 esse spectarem è transco. Deinde singula membra expendere, ut
 facile appareret, quam apte, quam perfecte partes essent, & quibus
 absolutissimum illud totum consurgeret. Quare à summo Fontine
 hoc est ab ipso capite ortus, per reliqua membra descendens: ad Car-
 dinales, & Legatos venio: ab his ad Patriarchas, & Metropolitanos:
 quibus addo Episcopos, & Choroepiscopos: his ad ioculos: Mox
 Dia-

O Padre Doutor Jorge Cabral, e o Padre Doutor João de Mattos vejam este Tratado, e com sua aprovação torne. Lisboa 20. de Agosto de 1627.

O Bispo Inquisidor Geral.

Aprovação do Padre Doutor Jorge Cabral, lente de Prima de Theologia Iubilado na Companhia de IESVS.

PRÆVIDI hunc librum, cuius titulus est Relectio de Ecclesiastica Hierarchia, ad cap. Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione compositum à Sebastiano Cesare in Academia Conimbricensi iuris Canonici professore & sanctæ Inquisitionis deputato; in eo quod sanctæ fidei catholicæ, aut bonis moribus aduersetur,, nihil reperi, plurima vero quæ Autoris ingenium, eruditione, & sapientiam maxime comendant, ideoque opus dignissimum censeo, quod typis excudatur. Vlyssipone, in Domo D. Rochi Societatis IESV. 25. Augusti Anni 1627.

Doctor Jorge Cabral.

Est à conforme com o original. S. Roque 28. de Março 1628. D. Jorge Cabral.

T A Y X A.

Aixão este Liuro a quatro reis a folha. Lisboa 30. de Março de 1628.

Cabral. Pimenta da Breu. Salazar.

Summa do Priuilegio Real.

Sua Magestade fez merçe a Sebastião Cesar de Menezes que nenhum Impressor, nem Liureiro possa imprimir, nem trazer de fora este Liuro por tempo de dez annos, como mais largamente consta do Priuilegio, Lisboa a 30. de Março de 1628.

3 sect. 1. num. 6. & nos infrà dicemus.

Glossa.

Soar.

Vasq.

Afor.

August.

Barb.

D. Aug.

D. Aug.

Tertia verò sententia, quam amplectimur, est omnes Apostolos immediatè ab ipso Christo fuisse Episcopos ordinatos. Ita Glossa 1. Corinth. 12. circa illud, *Posuit quidem Deus in Ecclesia primum Apostolos, &c.* Theologi in 4. dist. 24. Soarez de fide dicta sect. 1. num. 7. Vasquez in 3. p. tom. 3. disput. 242. cap. 7. num. 4. Afor. institut. moralium tom. 2. libr. 4. cap. 11. num. 3. August. Barbof. de pastorali sollicitudine cap. 1. num. 24. Probatur primò auctoritate D. Augustini libr. quæstionum noui, & veteris testamēti 9. quæst. 7. ipse enim ait loquens de Christo, *Priusquam in Cælos ascenderet imponens nomen Apostolis ordinavit in Episcopos*, vbi cum indefinitè loquatur planè de omnibus se loqui significat. Secundò probatur ex eodem D. Augustino sermone 28. vbi asserit, *Christum ordinasse Apostolos sacerdotes in nocte Cænae*; ex quo benè consequitur, quod sicut Christus immediatè ordinavit omnes Apostolos sacerdotes in cœna, ita etiam postea in Episcopos. Et confirmatur, quia cum proximè sint à Christo constituti in Apostolica dignitate, quæ maximè in dignitate Episcopali fundatur, verisimilius planè est etiam ipsum Christum per se in Apostolos ordinasse, præsertim quos ipse viuēs, præsensq; elegit, & quibus cum est conuersatus.

4

Soar.

Dubium tamen est circa Matthiã, an à Christo Domino immediatè, an ab Apostolis ordinationem accepisset: Soarez dicto loco sentit ab Apostolis consecrationem recepisse, ne speciale miraculum admittamus, aut potius extraordinarium modum pro

uidentia, licet enim certum sit quod potuisset Christus Dominus sua potestate excellentiæ illum à cœlo consecrare, vel per Angelos id efficere, vt aliàs de Amphilochio refert Nicephorus libr. 11. cap. 2. In præsentitamen non habemus sufficientem auctoritatem, vel necessitatem tanti miraculi; vnde quanuis in actibus nõ legatur eius ordinatio, solū quippè habetur cecidisse fortè super Matthiã, & annumeratū fuisse cum vndecim Apostolis ab ijs ordinat⁹ fuit. Opinioni huic libèter adhæreo: & probatur, quia Actorum. 13. indicatur Paulum Apostolum per impositionem manuum ab hominibus fuisse ordinatū Episcopum, vbi idem interpretatur Chrysostom. & sentit Leo Papa epistola 81. & ita hæc sententia verosimilior apparet, quanuis in hac re nihil possit certum haberi.

Nicepb.

Act. 13.

Leo Papa Chrysoft.

Restat igitur primæ sententiæ fundamento respondere. Nam certissimū est illa Pōtificum dicta nõ fundari in eo, vt vult Turrecremat. quod Petrus ordinauerit omnes Apostolos: nam Pontifices illis loquendi modis volūt solummodò explicare certum Primatum Ecclesiæ Romanæ, esseque matrem omnium Ecclesiarum, quia ad illam, vt diximus, pertinet regimē, & gubernatio omnium, indèq; asserunt à Petro incipere Episcopale dignitatem, quia omnium primus illam accepit, & cum maiori excellentia, & prærogatiua quam cæteri, quantum ad iurisdictionem, de qua materia Pontifices agunt, & ita sunt intelligenda præcitata iura.

Turrecr.

Ad fundamentum secundæ sententiæ, respondetur illam non fuisse propriam ordinationem episcopalem

N Iaco-

Iacobi, sed designationem, seu determinationem eius ad Episcopum Hierosolymitanum, ut in eo haberet non solum delegatam, sed ordinariam etiam potestatem, possetque proinde in episcopatu habere successorem. Quod si intercessit fortè manuum impositio, non per modum verò consecrationis episcopalis, sed cuiusdam ecclesiasticæ ceremoniæ fuit adhibita.

7 Ex quibus certum est apud omnes hanc ordinis potestatem, quæ versatur circa sacramenta conficienda, & ideò sacramentalis dicitur æquè immediatè habere à Deo Episcopos, ac summum Pontificem. Probat, quia potestas hæc confertur per quandam consecrationem, quæ æquè operatur in vno, atque in alio, ita Theologi in materia de sacramento Ordinis, Turrecremat. summ. Ecclesiast. parte 1. cap. 32. Bellarm. dicto cap. 22. lib. 4. Victoria relectione prima, p. 5. Soto in quarto disputatione 1. quæst. 1. articul. 1. Quo loco, aut tempore Apostoli sunt Episcopi instituti, latius in disputatione de Episcopis dicemus.

Turrecr.
Bellarm.
Victoria.
Soto.

8 Quæro tamen in præsentibus, an eligendus in Papam, debeat esse ordinatus sacerdos? In qua quæstione dico primò, vel agimus de electione Pontificis attento iure diuino, vel humano, aut præhabita consuetudine, seu usu Ecclesiæ. Quoad ius diuinum dico nullum reperiri locum, in quo prohibeatur eligi in Papam, qui non fuerit ordinatus sacerdos; nam mere laicus non est omninò incapax pontificiæ potestatis, si alioquin ritè eligatur, ut statim ordinetur; quoad ius humanum, seu commune idem di-

endum est, quia nec datur locus prohibitionis, nec incapacitas in persona, si hac conditione, ut statim ordinetur ritè fuerit electa in Papa. Quoad consuetudinem, seu usum Ecclesiæ, est autem certum nunquam esse factum in Ecclesia, nec fieri debere propter nouitatem, & periculum.

A Dico secundò non debere sic electum uti iurisdictionis potestate, nisi sit ordinatus, quanuis ante Pontificiam consecrationem possit illa uti, statim, atque electus est, & in sede collatus. Fundamentum est: nam ille, qui incapax est potestatis ordinis, ut merè laicus, etiam incapax est ordinariæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, quia ex diuina institutione Ecclesia in spiritualibus debet per sacerdotes, aut clericos ordinario iure gubernari, ut supra probauimus; quod multò magis viget in Romano Pontifice, cui suprema potestas in spiritualibus à Christo Domino data est.

B Sed contentio est inter Sotum, & C Asorium; an electus hodie, debeat necessariò esse de numero Cardinalium, Sotus lib. 4. de Iustitia quæst. 6. artic. 2. ad 5. ait, iure constitutù non esse, ut ex Collegio Cardinaliù Pontifex creetur; affert cap. *In nomine*, dist. 23. ubi sic habetur, *Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel de ipsa non inuenitur ex alia sumatur*; ex quo, inquit Sotus, fit, ut possit Pontifex creari, qui in numerù, & Collegiù Cardinalium adscriptus non sit, deindè ius Canonicum id fieri non prohibet, ac ita aliqui sunt interdum ad Pontificatum electi, qui non erant Cardinales.

D Contrarium verò sentit Asor. tomo

9

10

Sotus.

C. In nomine.

Sotus.

11

Asor. mo

C. Oportebat.

mo secundo libr. 4. cap. 6. & intendit probare ex capite *Oportebat*, dist. 79. A ubi sic dixit Stephanus Papa cum Concilio: *Oportebat, ut hac sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia, iuxta quod à Beato Petro, & eius successoribus institutum est, rite ordinetur, & in Apostolatus culmen unus de Cardinalibus Prasbyteris, aut Diaconis consecraretur*; ita etiam in capite *Nullus*, eadem distinctione habetur, *Nullus unquam laicorum, nec ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconatus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit ad sacri Pontificatus*

Ca. Nullus.

in honorem promoveri. ad caput *In nomine*, distinctione vigesima tertia, respondet Asor. ibi. *Eligatur autem de Ecclesie gremio, si reperitur idoneus,*

Cap. In nomine.

fauere huic sententiæ: nam extra numerum Cardinalium nullus est in Pontificem eligendus, nisi cum in ipso Cardinalium sacro Collegio nemo reperitur idoneus. Constat quidem non fuisse id per se necessarium; attamen vsus Ecclesie ita habet, ac fieri oportet, ut dixit Stephanus in dicto capite *Oportebat*, & in capite *Nullus*, distinctione 23. Nihilominus crediderim, si aliquis extra Collegium Cardinalium legitime eligeretur, electionem fore raram, & firmam, quia non video quo iure ita reuocata sit electio passiva ad personas Cardinalium, ut alias nulla sit habenda.

Asor.

C. Oportebat.

C. Nullus.

12 Quid autem in proposito dicendum sit si forte casu contigerit, ut in Pontificem aliquis huius auctoritatis incapax, veluti fœminæ, aut infidelis eligatur, ut aliqui Doctores tanquam possibile concedunt; isque tanquam legitimus, & verus

Pontifex ab vniuersali Ecclesia recipiatur. Respondeo imprimis hoc impossibile esse, secundo Deo prouidente, nunquam fore, ut is aliquid erga Ecclesiam determinet, aut ante è vita decedente, aut eius errore decreto, vel illud, quod talis Pontifex statuerit certum, aut infallibile esse debere; Deo etiam in illis casibus non permittente, ut erret, & in suum errorem vniuersalem Ecclesiam inducat. Neque hoc foret aliquod miraculum, sed quid necessarium consequens, & effectus ex ordinaria illa Christi lege, qua per promissiones de veritate factas, se nunquam Ecclesie suæ veritatem docenda, defuturum obstrinxit, & nunquam permissurum, illam per alicuius alterius hominis ministerium, præter quam legitimi pastoris gubernari, ut latius hæc omnia explicat Valentia tomo 2. puncto. 7. §. 39. vers. 4. Soarius de fide disput. 10. sectione 5. n. 2.

C

Quod autem de Ioanne 8. quidam finxerunt fabulosum est, ut ex Onuphrio ostendit Bellarminus libro 4. de Romano Pontifice, cap. ultimo, & copiose Baron. tomo 10. anno Christi. 833. num. 56. & sequentibus, ubi alios refert, & in num. 63. rectè aduertit quod licet factum illud fabulosum, ita ut narratur accessisset, illa fœmina non fuisset Pontifex, sed vacasset sedes pro illo tempore, & postea in electione Benedicti fuisset continuata.

D

Deueniendo igitur ad secundam questionem dico primo immediate ab ipso Christo Domino omnes Apostolos recepisse potestatem iurisdictionis, quæ est antiquorum Theologorum

N 2

logorum

Valentia

Soar.

13

Bellarmin.
Baron.

14

D. Tho. logorum communior sententia in 4.
 Bonau. dist. 18. vbi D. Thomas, Bonauent.
 Albert. Albertus, & alij; Gabriel in Canon.
 Gabriel. lect. 3. Caetan. tract. de auctorit. Pa-
 Caet. pæ, & Conc. cap. 3. Turrian. lib. 2. pro
 Turrian. epistolis Pontific. cap. 21. & in Scho-
 Soto. lijs lib. 6. Constitut. cap. 12. Soto dist.
 Victor. 20. q. 1. art. 1. Victor. relect. 2. de po-
 Castro. testat. Eccles. quæst. 2. Castro 2. de
 iusta hæretic. punitione cap. 24. Sal-
 Salmer. meron, & plerique initio allegati;
 Vargas. Vargas in opuscul. de hac re, ita Afor
 Afor. institut. moral. p. 2. cap. 12. Vasquez
 Vasq. in 3. p. tomo 3. disputat. 242. cap. 7.
 Soar. Soar. de fide disp. 10. sect. 1. num. 3. &
 Marc. de legibus libr. 4. cap. 3. Marcus An-
 Genuens. tonius, Genuens. in Manuali pastorũ
 Aretin. cap. 3. Aretini in expunction. de Papa-
 tu Romano cap. 2. Et planè colligitur
 Mat. 10 primo ex locis sacrae Scripturae, Mat-
 Marc. 3. thæi. 10. Marc. 3. Lucæ. 6. Ioann. 20.
 Luc. 6. Secundo ex PP. Anaclet. Papa epi-
 Ioan. 20. stola. 3. habetur in cap. *In nouo testa-*
 Anaclet. *mento.* 21. dist. Leo Papa sermone 3.
 C. In no- in anniuers. assumpt. suæ, Cyprian.
 uo. libr. de Vnitate Ecclesiast. habetur
 Leo Papa cap. *Loquitur.* 24. quæst. 1. Hieronym.
 Cyprian. in id ad Galat. 2. *Resistit ei in faciem;*
 C. Loquitur. habetur cap. *Paulus.* 2. quæst. 7. vbi
 Hieron. noster Gratianus aliter explicat, sci-
 C. Paul. licet de æqualitate sanctitatis, sed
 Gratian. licet de æqualitate sanctitatis, sed
 non rectè id enim, neque sciri po-
 Hilar. 6. test, neque fortasse verum est. Hi-
 Vigile. pa lar. 6. de Trinitate, Vigile. Papa in
 pa. epistol. Decret. cap. 7. Tertio pro-
 batur ex effectibus; certum nanque
 est, & ita legimus Apostolos gene-
 raliter, quascunque mundi partes pe-
 ragrasse, & præbyteros, & Episco-
 pos constituisse, & ordinasse: constat
 ex dictis Apostolorum, & Epistolis
 Pauli, qui Ephesi Timotheum con-
 secrauit, Titum constituit Cretæ, &

de alijs non paucis videri potest, Ni-
 A cephor. libro 2. & 3. per multa capi-
 ta. Exercuerunt præterea actus va-
 rios iurisdictionis, cuiusmodi sunt ex
 communicare, ac leges ferre, sicut
 patet ex prima Corinth. 5. 6. 7. 11. &
 14. Et ita manet confirmatum omnes
 Apostolos ab ipso Christo Domino
 immediatè accepisse potestatem iu-
 risdictionis, quod intelligimus etiam
 de Matthia, & D. Paulo.

Dico secūdò, Petrum Apostolum
 fuisse in iurisdictione cæteris supe-
 B riorem. Probatur primò ex celebri
 loco Matthæi. 16. *Tu es Petrus, & su-
 per hanc petram edificabo Ecclesiam me-
 am;* vbi Augustin. sermon. 11. de sanct.
 Leo Papa sermone 2. in Anniuers.
 assumpt. suæ, Maximus sermone de
 Petro, & Paulo, Paulinus epistol. 4.
 ad Seuerum, vbi Petrum vocat fun-
 damentum Ecclesiæ; ita & P. P. Ana-
 clet. Papa, Tertullianus, Origen. Eu-
 sebius, Hilarian. Matthæus Basiliens.
 Ambros. Cyrillus, & plures alij, quos
 vide apud Coccium dicto loco. Se-
 C cundò probatur ex illo Ioannis. 21.
Pasce oues meas, quæ verba ad solum
 Petrum fuisse dicta Patres omnes in-
 terpretantur, Chrysostom. Cyrillus,
 Augustinus, Leo Papa, Ambros. &
 euidenter patet ex contextu, vt ele-
 ganter expendit Soarez de fide dis-
 putatione 10. sect. 1. num. 19. Torres
 de fide cap. 19. Aretin. in expunctio.
 de Papatu Romano cap. 3. Tertio
 probatur assertio ex alijs locis euan-
 gelicis, & ex Actorum libro sexto,
 D in quibus iudicatur hæc Petri dig-
 nitas cum maiori excellentia. In
 Euangelijs, dum illi semper impo-
 nitur nomen, quod futuram dig-
 nitatem significat, & aliquando ipsi
 Christo

Niciph.

1. Cor. 5.

Mat. 16
August.Maxim.
Paulin.Anaclet.
Tercull.
Origen.
Euseb.Hilaria.
Basil.
Ambr.
Cyrill.
Coccius.
Ioann. 21Soar.
Torres.
Aret.

Act. 6.

Christo est commune, qui primum caput, ac fundamentum Ecclesiae est. Vnde rectè colligit Leo Papa dicto loco signum esse, dum suum nomen communicat dignitatem etiam communicare, deinde cum recensentur Apostoli, primo loco Petrus, ut caput, & dux aliorum. Matth. cap. 10. ubi Albertus Magnus, Ambros. in id ad Corinth. 12. Augustin. tract. ultimo in Ioann. Vide plura alia signa huius præcellentiae apud Soar. Turrianum, Aretinum dictis locis. Quarto probatur conclusio, ex congruentia, & evidenti coniectura: nam supra ostendimus oportuisse à Christo Domino ad optimum Ecclesiae regimen institui, qui post ascensionem eius dux esset, & caput, totiusque Ecclesiae supremus Pastor, fieri autem non potuit, ut Christus Dominus ipsis duodecim eam dignitatē omnino æqualiter concederet; nam vel omnes ita illam reciperent, ut in eorum successoribus perpetuo duraret, quod est planè absurdum; sic enim duodecim, ut minimum essent capita Ecclesiae. Vnde euidenter apparet hanc potestatem datam esse Petro, ut capiti, alijs, ut membris: nam sub his membris etiam alij Apostoli comprehenduntur, quia, ut notauimus, Christus simpliciter dixit Petro, *Pasce oves meas*, ubi inter oves Apostoli etiam numerantur. Fuitq; hoc necessariū ad unitatem Ecclesiae constituendam, quia nec poterat esse vnum corpus sine capite, neque cum multis capitibus, illud enim imperfectum, hoc monstruosum fuisset; quod notauit Cyprianus lib. de Unitate Ecclesiae, August. tract. 50. & ultimo in Ioannem, & lib. 1. de doctrina Christiana c. 17.

Leo Papa
Mat. 10.
Alb. mag.
Ambr.
August.
Soar.
Turrian.
Aretin.

16

Cyprian.
August.

Hieron. lib. 1. contra Iouinian. Leo Papa sermon. 3. assumpt. suæ. Consistit ergo excellentia D. Petri super alios Apostolos primo, & præcipuè in hoc, quod potestas data est Petro, ut in illa ei succederetur, & ita per successionem perpetuo in Ecclesia duraret; alijs verò Apostolis solum data est per modum cuiusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum; ita aperte sumitur ex Patribus citatis, & confirmatur pluribus testimonijs. Nam Apostoli non creabant Apostolos, sed Episcopos, neque eis succedit aliquis eum iurisdictione, in vniuersum orbem: at verò Petro successit semper Pastor vniuersalis, seu Romanus Pontifex, cuius sedes propterea semper retinuit nomen Apostolicæ. Ratio etiam hoc cõuincit, quia cum Ecclesia futura esset perpetua, eius regimè, & principatus ita constitui debuit, ut perpetuo duraret, hic autem principatus Petro fuit permissus illis verbis *super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam; sed ædificium Ecclesie perpetuo erat duraturum: ergo & fundamentum, quod erat Petrus, seu sedes Petri. Quod satis declarauit Christus, subiungens, Et porta inferi non præualebit aduersus eam: vnde dixit eleganter Innoc. 4. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Christum ascensurum ad Patrem, ne Ecclesia sua sine pastore desereret, eam Petro commisisse; cuius successores sunt Pontifices; nam quantum grex durat, tantum necesse est durare pastorem; cæteri verò Apostoli solum fuerunt in illo initio Ecclesie necessarij, donec in omnem terram exiuit sonus eorum, & ideo sufficienter fundata Ecclesia, cessauit illa dignitas.*

B

C

D

Hierony.
Leo Papa

17

18

Innoc. 4.
Cap. 1. de
Homicid.

N 3

Secur.

19

Secundò, excellentia D. Petri consistit in eo, quia hæc potestas in Petro erat simpliciter superior, & independens, & ita se extendebat ad ipsas personas Apostolorum directè. Declaratur, quia Petrus poterat suis legibus, vel præceptis alios etiã Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges reuocare. Vnde etiam verisimilius est, licet singuli Apostoli haberent potestatem ad ferendas leges obligantes vniuersalem Ecclesiam; tamè ordinariè illas non contulisse, nisi ex consensu, & acceptatione Petri, vel certè illas tulisse in eis prouincijs, in quibus prædicabant, & postea, non nisi sciente, & consentiente Petro ad totam Ecclesiam dimanasse. Et vtraque assertio confirmatur. Prima ex munere pastoris, & subordinatione necessaria ad vnitatem. Secūda, quia ad Petrum spectabat cura vniuersalis Ecclesiæ; quasi per se primò, & ita oportuit in vno inueniri; nam si hæc ad cæteros, non nisi secundario esset de mandata magna cõfusio oriretur. Quapropter in hoc etiam Petri potestas super alios eminebat. Ex qua prærogatiua, & excellentia, pleraque resultant, quæ de Petro legimus, & ad hanc spectant dignitatem. Vide

Tertul.
Euseb.
Niceph.
Aretin.
Bellarmin.
Soar.
Afor.

20

Actor. 8.

His non obstantibus, opponet aliquis primò; quia Act. 8. Petrus simul cum Ioanne mittitur ab alijs Apostolis Samariam, vbi tanquam comitanter egit, quod est signum cuiusdam æqualitatis. Respondeo mittere non

significare semper auctoritatem, in mittente, quia sæpè fit permittendo, consulendo, vel rogando, non præcipiendo, quò pacto amicus dicitur amicum mittere. Matthæi. 2. legitur Herodes misisse Magos in Bethleem. Secundò, quia cap. 13. Iacobus in Cõcilio definit, & eius sententiam alij sequuntur. Respondeo non definiuisse Iacobum, sed subscripsisse potiùs, & consensisse sententiæ Petri. Deindè dico Iacobum Petro cõsentiendo simul præbuisse cõsiliū circa modum in illius rei executione tenendum, quod licet inferiori corã superiore præstare. Tertiò, quia ad Galat. 2. Paulus reprehendit Petrum ostendens se superiorem, vel certè æqualem, & 2. Corinth. 11. ad se pertinere dixit omnium Ecclesiarum sollicitudinem. Respondeo plures dicere Cepham, quem Paulus reprehendit non fuisse Apostolum, sed vnum aliquem ex septuaginta discipulis; sed hoc non placet, quia repugnat non solum communi expositioni Patrum Græcorum, & Latinorum, de qua supra diximus, sed etiam ipsi contextui: nam ille idem Cephas cum Iacobo, & Ioanne dicuntur columnæ Ecclesiæ, & in quibusdam Codicibus Græcis loco Cephæ legitur Petrus. Sed ommissa etiam responsione Originis, & aliorum, qui volunt reprehensionem fuisse in gratiam Iudæorum, quia hoc etiam caret fundamento, & repugnat verbis Pauli; dixit enim D. Thomas 2. 2. q. 33. art. 4. peccasse Petrum venialiter, ob idq; fuisse à Paulo reprehensum hoc habendum, interdum namque inferior potest corrigere superiorem cum debita modestia, & reuerentia, maximè quando, id

*Matth. 2.**Act. 13.**Turret.*
*li. 2. c. 14.**Hieron.*
August.
*Theodor.**Euseb. 1.*
*hist. c. 11.**Eunom.*
ad Gal. 2.
*2. Cor. 11**Orig.**S. Thom.**Baron. 10*
mo 1. an.
33. c. 51

aut

Bellarmin. aut proximorum salus, aut honor fi-
libr. 1. de dei requirit. Ad locum, in quo Pau-
Roman. lus fatebatur habere se omnium Ec-
Pöt. c. 16 clesiarum sollicitudinē procedere ob
Soar. lib. charitatis officium, & ob Apostolicū
9. de leg. munus, cui tamē Petrus est superior,
Clemens vt iam ostendimus. Quartò, quia Cle-
 mens I. epistola vocat Iacobum Epif-
 coporum Episcopum, eumque rege-
 re vniuersam Ecclesiam pronūciat.
 Respōdeo primò id fuisse genus mo-
 destiæ, & honoris quem merito Cle-
 mens Iacobo tribuit, tanquam Apo-
 stolo, & fratri Domini. Secundò, quia
 re vera Episcopus erat multorū Epif-
 coporum sibi subditorum. Tertiò,
 quia erat tanquam decus, & exem-
 plar aliorum Prælatorum.

Soar. Quærit tamē Soar. de fide disp. 10.
 sect. 1. in fin. occasione resolutę quęst.
 supposito, quod hæc potestas permā-
 sura erat in successoribus Petri. An
 Apostoli, qui Petro superuixerant
 fuerint verè subditi Episcopo Roma-
 no Petri successori; & respondet in-
 feriores extitisse iurisdictione, & Pō-
 tifici Romano subiectos, quāuis alijs
 prærogatiuis, & excellentijs fuerint
 superiores; quod etiam mihi videtur
 planè probari ex dictis: nam eadem
 potestas, & iurisdictione, quæ fuit in
 Petro, transfusa est in successores;
 vnde benè consequitur in tribus iam
 dictis excellentijs superare illos viuē-
 tes Apostolos, primo in obiecto po-
 testatis: nam ad successores Petri spe-
 ctat, per se primo cura, & gubernatio
 totius Ecclesiæ, quod vt dixi, non
 competiuit Apostolis. Secundo, po-
 testas illa extendebatur ad omnes
 personas ratione ordinis, & vnitatis
 Ecclesiæ. Tertio, potestas Pontificis
 semper fuit ordinaria, & perpetuò in

Ecclesia mansura, non sic autem in
 cæteris Apostolis.

Mendacia vero quæ ingerunt ali-
 qui ex impuris, & luculentis Caluini,
 Lutheri, & Illirici scriptis confutari
 facilè possunt, tot tantorumq; Patrū
 sententijs, qui Romani Pontificis ex-
 cellentiam, disertis probant verbis,
 sed ne cum his suis volutemur. Ex
 Græcis, & Latinis innumeros recen-
 set Coccius PP. Thesaur. lib 7. art.
 6. 7. & alios refert Bellarmin. de Ro-
 mano Pontifice, cap. 10. & quæcun-
 que contra huiusmodi veritatem ad-
 ducuntur perperam in alium sensum,
 vel falsò recensentur. Hactenùs de
 summo Ecclesiasticę Hierarchię præ-
 fide, id est Romano Pontifice.

21

Coccius.
Bellarmin.

DISPVATIO II.

De Cardinalibus.

Post Romanum Pontificem
 secundum in Ecclesiastica
 Hierarchia gradū obtinent
 Cardinales Sanctæ Roma-
 næ Ecclesię; quorum dignitatem ma-
 iorem, & primam esse post Pontifica-
 lem agnoscunt Doctores omnes vnā-
 nimi consensu teste Albano de Car-
 din. q. 6. & 7. Manfred. de Cardinal.
 dist. 101. Plato de Cardinal. dignitate
 cap. 1. Alberterch. de potest. Cardi-
 nal. mortuo, vel impedito Papa c. 1.
 Anton. Scappo de birreto rubeo dā-
 do responso. 1. n. 3. Bellarm. tom. 1. li-
 br. 1. de clericis cap. 1. Asor. 2. p. lib 4.
 c. 1. Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 242.
 cap. 1. Francisc. Leo. Thesaur. fori ec-
 clesiastici, cap. 2. Baron. tom. 10. à n.
 881. §. Quod autem. Petrus Gregorius
 syntag. 2. p. lib. 15. c. 4. Augustin. Bar-
 bos.

Alban.
Manfr.
Plato.
Albert.

Scappo.
Bellarmin.
Asor.
Vasq.
Frā. Leo.

Baron.
Pe. Greg.
Aug. B.

Germon. Zequijs. bos. de pastoralis sollicitudine 3. p. allegatione. 50. Anastas. Germon. tomo 1. in tractat. de indult. §. Cardinal. Zequijs de Republica Ecclesiastica de statu Illustr. Cardinal. Paul. Carrar. in Canon. ac morali Theologiæ q. 3. Henriquez in summa lib. 10. cap. 25. §. 2. Et probatur primo, quia auctoritatem habent eligendi Romanum Pontificem, iuxta text. in cap. *Licet*, de electione, cap. *In nomine Domini*. 23. dist. Secundo, quia iidem assistunt in cura, & regimine totius vniuersalis Ecclesiæ, iuxta textum in cap. *Per venerabilem*, vers. *Sint autem*, qui filij sint legit. cap. *Fundamenta*, §. *Decet*, de electione libr. 6. Tertio, quia eorum insuper consilio, & cura, tota vniuersalis Ecclesia regitur, iuxta textum in cap. *Bona*. de Postulatione Prælatorum. Tandem, quia locum Apostolorum, & sacerdotum Leuitici generis tenent, prout infra declarabimus, ac maioribus, & grauioribus negotijs præsumunt, quæ in Ecclesia Dei reperiuntur. Unde de illis interpretatur prædicti Doctores illud, quod 1. Reg. cap. 2. legitur, *Domini sunt Cardinales*, & posuit super eos orbem, & Zacharias cap. 4. *Assistunt tanquam filij dominaturi vniuersæ terræ sustinentis, non urbis, sed orbis vniuersi pondus*. Et D. Bernard. libr. 4. ad Eugenium, eos appellat *seniores populi, iudices orbis*, & *Papæ coadiutores*, alijsque infinitis titulis condecorantur, quæ in hanc veritatē supracitati Doctores cumulant, & nos dicemus in §§. sequentibus. Et ne de illa aliqua dubitatio esset Clemens 6. propria auctoritate specialem hac de re constitutionem promulgauit, qua mandat, *Ne in Christi Ecclesia vlla maior Cardinalatu dignitas existimetur, vt te-*

statur Manfred. in dict. tract. cap. 6. in fine, & refert Plato, Asor, Vasquez, Alberterch. supra citatis locis.

Manfred. Plato. Asor. Vasq. Alberti.

§. I.

De origine, & antiquitate Cardinalatus, & de eius nominis significatione.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinalatus dignitatem à iure diuino institutum fuisse tenent aliqui.
- 2 Cardinales idem sunt hodiè, quod erant olim Leuitici generis sacerdotis.
- 3 Duplex opinio circa significationem nominis Cardinalis.
- 4 Cardinalatus dignitas à iure positiuo, seu Pontificio instituta est secundum veriore sententiam.
- 5 Nomen hoc, Cardinalis, quid significet, & unde deriuetur secundum veriore opinionem.
- 6 Cardinales, quare sic simpliciter dicantur, ex sententia Vasquij.
- 7 Episcopos, qui ad electionem summi Pontificis conueniunt Cardinales dici posse putauit Vasquius.
- 8 Reprobatur prædicta sententia Vasquij circa simplicem significationem nominis Cardinalis.
- 9 Interpretatur text. in cap. *Præsul. 2. q. 5.* & text. in cap. 2. de officio Archiepiscopi.
- 10 Cardinalatus dignitas à Pontificibus introducta, & in quibus Cardinalium officium consistat.
- 11 In primis Ecclesia temporibus Pontifices Præbyteros, & Diaconos Cardinales instituere ceperunt.
- 12 In initio nascētis Ecclesiæ dum præbyteri, & Diaconi pauci essent, omnes ad Concilia, & Pontificis electionem vocabantur.

Index Autorum.

Bartolus.
 Bertrandus.
 Balson.
 Beda.
 Bernard. de Brito.
 Balbus.
 Brunelus.
 C.
 Concilium Nicenum.
 Conc. Constantinopol.
 Concil. Antiochenum.
 Concil. Lateran.
 Concil. Trident.
 Concil. Brachar.
 Concil. Carthagin.
 Concil. Toletan.
 Conc. Constantiense.
 Concil. Coloniens.
 Concil. Chalcedonense.
 Concil. Florentin.
 Concil. African.
 Concil. Vienenf.
 Concil. Lugdun.
 Concil. Laodicen.
 Concil. Roman.
 Concil. Pisan.
 Concil. Basiliense.
 Concil. Meldense.
 Concil. Ephesinum.
 Concil. Sardicense.
 Conc. Neocasarien.
 Conc. Laodicenium.
 Concil. Ancyran.
 Concil. Aurelian.
 Concil. Turonense.
 Concil. Agathense.
 Concil. Aquisgran.
 Concil. Arelatens.
 Concil. Vuoniasien.
 Concil. Athenien.
 Concil. Kassenf.
 Concil. Cauilonense.
 Clemens Papa.

Cornelius Papa.
 Cayus Papa.
 Cyrillus Alexandr.
 Cyrillus Hierosol.
 Cyprianus.
 Chrysostomus.
 Chrysologus.
 Cassianus.
 Cassiodorus.
 Cardinalis.
 Cardinalis Tuschus.
 Castro.
 Comas.
 Costa.
 Comitulus.
 Cassianus.
 Cassad.
 Casal.
 Cenedo.
 Corras.
 Coccins.
 Cicero.
 Cano.
 Capreolus.
 Caietanus.
 Cabedo.
 Cuiacius.
 Callixtus Papa.
 Corduba.
 Caruolus.
 Campeg.
 Cranvices.
 Caldas.
 Capistranus.
 Castaldus.
 Carhusianus.
 Conradus.
 Cardoso.
 Calefat.
 Corneus.
 Capella Tolosana.
 Capissius.
 Cameota.

Catalogus Autorum.

- | | |
|--|---|
| <p> <i>Clictoucus.</i>
 <i>Cucus.</i>
 <i>Clemens. Alexandr.</i>
 <i>Castaldus.</i>
 D.
 <i>Dionysius Areopag.</i>
 <i>Damasus Papa.</i>
 <i>Duardus.</i>
 <i>Danteus.</i>
 <i>Dominicus.</i>
 <i>Dueñas.</i>
 <i>Durandus.</i>
 <i>Durant.</i>
 <i>Didacus Nunez Cabezudo.</i>
 <i>Decius.</i>
 <i>Demoſthenes.</i>
 <i>Director. Inquisitorum.</i>
 <i>Diedro.</i>
 <i>Dinus.</i>
 <i>Dionysius Abb.</i>
 <i>Dexter.</i>
 E.
 <i>Echius.</i>
 <i>Estius.</i>
 <i>Eduensis.</i>
 <i>Eusebius Emissen.</i>
 <i>Eusebius Casariens.</i>
 <i>Eulogius.</i>
 <i>Euthymius.</i>
 <i>Eucherius.</i>
 <i>Euagicus.</i>
 <i>Epiphanius.</i>
 <i>Euripides.</i>
 <i>Euariſtus Papa.</i>
 <i>Egesippus.</i>
 <i>Eduardus.</i>
 <i>Fr. Emanuel. Rodriguez.</i>
 <i>Estaphanus Gracianus.</i>
 F.
 <i>Fabiola.</i>
 <i>Francus.</i>
 <i>Fabricius.</i>
 <i>Felinus.</i> </p> | <p> <i>Fagundez.</i>
 <i>Fuscus.</i>
 <i>Federicus.</i>
 <i>Flores.</i>
 <i>Flaminius.</i>
 <i>Filliucius.</i>
 <i>Franciscus Leon.</i>
 <i>Felix Papa.</i>
 <i>Fortunius.</i>
 <i>Faber.</i>
 <i>Ferretus.</i>
 <i>Ferrensis.</i>
 G.
 <i>Gregorius Papa.</i>
 <i>Gregorius Papa. IX.</i>
 <i>Gregorius Lopez.</i>
 <i>Gama.</i>
 <i>Gofredus Pitou.</i>
 <i>Guilelmus. Est.</i>
 <i>Gerson.</i>
 <i>Gigas.</i>
 <i>Gondifalus.</i>
 <i>Gambara.</i>
 <i>Gondicalus Mend.</i>
 Vasconcel.
 <i>Garcia.</i>
 <i>Gomez.</i>
 <i>Gabriel.</i>
 <i>Gallus.</i>
 <i>Galasius.</i>
 <i>Gratianus.</i>
 <i>Guerrierus.</i>
 <i>Gandaxens.</i>
 <i>Genebrardus.</i>
 <i>Geminianus.</i>
 <i>Gennadius.</i>
 <i>Guthfferus.</i>
 <i>Gozadinus.</i>
 <i>Gutierrez.</i>
 <i>Grassus.</i>
 <i>Guillelm. Parisiens.</i>
 H.
 <i>D. Hieronymus.</i>
 Hercu </p> |
|--|---|

Catalogus Auctorum

Hercules Marefcott.
Henricus.
Henriques.
Hocius.
Hoieda.
Hostiensis.
D. Hilarius.
Hugo de S. Victore.
Hugolinus.
Homerus.
Herodotus.
Hernaeus.
Holoth.
Hieronym. Roman.
Hyppolitus.
Halycarnass.
I.
D. Ignatius martyr.
Isidorus.
Isidorus Pelusiota.
Ioannes andreas.
Imola.
Innocentius Papa.
Innocentius.
Ioannes Marius.
Ildefonsus.
Ioannes Gall.
Iuuenales.
Ioannes Silua.
D. Iustinus martyr.
Isocrates.
Ireneus.
Iulius Papa.
Ioannes II. Papa.
Iulius I. Papa.
Isidorus Mediolan.
Iuo Carnob.
Ioann. Monach.
Ilhescas.
Iacobatus.
Iustinianus.
L.
Lalius Zecchius.

D. Leo Papa.
Laurentius Iustinianus.
Lexicon Iuris.
Lexicon Theologicum.
Ledesma.
Lacerda.
Lambertus.
Lara.
Liuius.
Ludouicus Sottomaior.
Lapero.
Lidanus.
Lucanus.
Leo IX. Papa.
Lupoldus.
Lason?
Landensis.
Lambertinus.
Loaysa.
Lipsius.
Ludouicus. Nunez.
Lefsius.
Lorinus.
Lelaia.
M.
Magister.
Michael de Anima.
Medina.
Martha.
Mariana.
Maranta.
Magallianus.
Mantica.
Menochius.
Mandos.
Marsilius.
Menchaca.
Mogollon.
Mastrilhus.
Molina.
Maldonatus.
Marcellus Pape.
Melchades Papa.

Marcus Papa.
Mendoza.
Monferrat.
Mayvnius.
Marcus Antonius.
D. Maximus.
Manfredo.
Moschon.
Matthaeus Hugon.
Mascard.
Miranda.
Methefil.
Motta.
Marta.
N.
Nizephorus.
Nauarrus.
Nazianzenus.
Nicolaus I. Papa.
Narbona.
O.
Oldradus.
Ouandus.
Ochogauia.
Ordinationes Lusit.
Octavianus.
Origines.
Optatus Milenit.
Onuprius.
Oeucas.
Onsephrid.
P.
Pacianus.
Procopius.
D. Paulinus.
D. Proster.
Paulus Borg.
Paludanus.
Plato.
Passidius.
Platina.
Pfellus.
Pena.

Pighius.

Catalogus Auctorum

- | | | |
|-----------------------|------------------|------------------------|
| Pighius. | Roffensis. | Tiraquellus. |
| Perantius. | Rebanus. | Turrianus. |
| Paulus Carrar. | Ragusa. | Tertullianus. |
| Polycarpus. | | Turrecremata. |
| Pius Papa. | S. | Torres. |
| Pelagius Papa. | Sozomenus. | Tuschns. |
| Paschalis Papa. | Sanderus. | Theophilatus. |
| Plutarchus. | Soarius. | Theophylus Alexand. |
| Penha. | Syluester. | Theodoretus. |
| Petrus de Monte. | Stephan. Eduens. | Tamaio. |
| Polus. | Stephan. Brulef. | Triumph. |
| Puteus. | Soto Vterque. | Tabiena. |
| Pauinus. | Sotomaior. | V. |
| Perus. | Scribonius. | Vrb. Papa. |
| Pisa. | Scotus. | Vualdensis. |
| Prepositus. | Schardius. | Vuilhelmus Vuidesford. |
| Panirola. | Selua. | Victoria. |
| Pacense. | Salzedo. | Valentia. |
| Polydor. Vrigil. | Spiggel. | Vasquez. |
| Petrus de Pollo. | Sahagus. | Vualdus. |
| Pamelius. | Sabagius. | Victor Papa. |
| Polycrates. | Salmeron. | Venetus. |
| Paleotus. | Sirinus. | Vulturinus. |
| Padilla. | Stobaus. | Vlricus. |
| Q. | Seneca. | Vargas. |
| Quintanaduenhas. | Synodi varia. | Villadiego. |
| Quintinus. | Syricius Papa. | Valdesius. |
| R. | Sanchez. | Vasans. |
| Rupertus. | Speculator. | Viguer. |
| Ripa. | Simancas. | Varro. |
| Rictius. | Scappo. | Z. |
| Rabanus. | Salycetus. | Zazius. |
| Ruseus. | Speculator. | Zephyrimus. |
| Rebuffo. | Sandonal. | Zorimus Papa. |
| Reginald. | Stadius. | Zerola. |
| Ruard. | Staphylus. | Hæretici. |
| Ruffus. | Sylvanus. | Lutherus. |
| Raymundus. | Socinus. | Caluinus. |
| Ruffinus. | Sayro. | Vuicleffus. |
| Rota. | Stunica. | Ioanes Hus. |
| D. Rodericus à Cunha. | Sarmiento. | Brentius. |
| Rodoanus. | T. | Kechminitiis. |
| Ruytus. | D. Thomas. | Magdeburgenses. |

FINIS LAVS D E O.



Castro / ...

Faint handwritten text in the left column, possibly names or a list.

Faint handwritten text in the middle column, possibly names or a list.

Faint handwritten text in the right column, possibly names or a list.

Faint handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.

